


PROBL. VI. Triangulum Obliquangulum quodvis describere.

Hoc itidem dixi esse vel *Æquicrurum primæ speciei* vel *Inæquilaterum*. Utrumcunq; horum cupias, duc, ut prius, lineam *AB*, eâ bisectâ in *C*, perpendiculari *CG* erectâ, semicirculoq; *ADB* ducto, connecte punctum lineæ *CD* quodcunq;, citra semicirculum, videlicet *H*, cum extremitatib. lineæ *AB* & habebis *Triangulum AHB* *Obliquangulum* & quidem *Æquicrurum primæ speciei*. Pro *Obliquangulo* autem *Inæquilatero* cōnecte punctum citra eundem semicirculum quodcunq;, modò extra lineam *DC* id sumas, cum *A* & *B*, habebisq; & illud *Triangulum*.



PROBL. VII. Triangulum Acutangulum quodvis construere.

Istud *Triangulum* revera quadruplex est: *Æquilaterum*, *Æquicrurum* utriusq; speciei, & *Inæquilaterum*. *Acutanguli Æquilateri* exemplum haberes *Triangulum AGB*,cujus omnia latera æquarentur, si punctum *G* cum punctis *A* & *B* conjungeres. *Acutanguli Æquicruri primæ speciei* verò, si *F* punctum, vel quodvis aliud lineæ *CG* inter *D* & *G* cum *A* connectas: tale est *AFB*. *Acutanguli porrò Æquilateri secundæ speciei*, si punctum lineæ *CG* quodvis aliud ultra *G* cum *A* & *B* componas. *Acutanguli deniq; Inæquilateri* exemplum habebis, si punctum extra & semicirculum & lineam *CG*, modo non nimis à lineâ eâdem remotum cum *A* & *B* connectas.

PROBL. VIII. Quomodo cujusvis Trianguli Angulus Dubius inter- nosci possit.

Fieri potest, ut aut *Angulus* aliquis *Acutus* vel *Obliquus*
ad Re-